

## Franconia germanie superioris prouincia



**F**ranconia et huic succedit nobilis sane prouincia admodum potens ab incolatu francorum sic appellata. Franci quidem troiani ab origine fuerunt. qui delecto Ilio duce Priami magni patri ex sorore nepote per pontum eunum et meothidas paludes in scythiam perueniunt. ibique ciuitatem edificauerunt quam uocauerunt Sicambriam. ex qua dicti sicambri. Constant enim per euictam incensamque troiam quam superauerunt excidio in turmas tres diuisos in exilium profugisse. et alios quidem Enea duce italia petuisse a quibus albanum perierunt. et deinde romam qui orbis imperio potiti sunt. Alii sub Anthenore per medios achiuos elapsi illiricos penetrauerunt sinum et regna liburnorum ad intimum adriatici cum pelagus accessere urbemque condidere patavinam ubi sepultum Anthenorem tradunt. qui eneci fugam secum duxit a quibus postea dicti ueneti quorum est hodie ingens pars terra marisque. Tercium ut diximus in scythiam penetrant. quo in loco in magna gentem coaluerunt. Cumque scytharum multi romano imperio subiecti essent et ipsi quoque tributa penderent. miserunt festigales usque ad tempora valentiniანი cesaris. quo impante alani vexare imperium ceperunt. impator vero proposito edicto libertatem in decennium eis promisit qui alanzum ferocitatem compererent. allecto eo premio Sycambri arma susceperunt alanosque bello victos deleuere. Ob quam rem libertatem in decennium ab impatore donati sunt et mutato nomine franci appellati. quod actica lingua siue feroces siue nobiles sonat. Itali francos nobiles liberos uocant. Exacto decennio cum romani soluta tributa repeterent franci ob ipsam libertatem effrenes facti parere recusarunt. Principes eo tempore francis fuisse priamum et anthenor antiqui nominis ac utuntur quibus copias ductantibus plium cum romanis consertum est. in quo priamum ipse cum fortissimus sue gentis cecidit. qui cladi superauerunt ex scythia digressi sunt et in germaniam profecti in partibus thuringie consederunt cum principibus suis priami et anthenoris filijs marcomede sezt simone. Symo sine liberis decessit. Marcomede filius fuit foramudus quem sub fraci regem creauerunt. et hic primus inter francos regnauit. Huic fuit filius clodoweus crinitus a quo francorum reges criniti sunt appellati. per idem tempus gothi qui iam urbem romam irruerant ultra ligerum flumem in gallia sedes inuasert. Burgundiones quoque iuxta rhodanus habitabant. qui et ipsi paulo post reges hinc ceperunt. Fran